



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 2. Quam facile sit beatitudinem consequi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

ret, suspensis & silentibus omnibus , dixissi  
perhibetur: vili vultis emere, & caro vendere.  
Quo tamen dicto leviſſimus ſcenicus nescio  
an veritatem attigerit. Verum ut Augustinus  
quoque notat, Mimus ille vel ſeipſum intue-  
do vel alios quoque experiencingo vili velle e-  
mere: & caro vendere , omnibus id credidi  
eſſe commune. Inveniuntur quippe homi-  
nes ejusmodi adepti iuſtitiam, ut fraudes o-  
mnes & dolos in commerciis detestentur.  
largitionis etiam gratia novimus quod ſtam  
emisse frumenta carius & vilius vendidiffi-  
ſuis civibus. Nec ſanè verum eſt omnes velle  
caro vendere. Quot enim reperiuntur , qui  
poſſeſſiones ſuras parvo vendant & prodi-  
gunt, & magno pretio huius & æternæ vita  
emant, quæ conſumant libidines. At ſi dixi-  
ſet: Omnes beati eſſe vultis, miſeri eſſe non  
vultis, dixiſſet aliiquid quod nullus in ſua no-  
tiagnosceret voluntate unde ſi una omnes vo-  
ce interrogari poſſent: utrum beati eſſe ve-  
lent, ſine ullâ dubitatione, velle, responderent  
omnes.

## §. IX

*Quam facile ſit beatitudinem conſequi;*

**H**ec Sanctissimus Hippoſenſium Anti-  
diges pluribus proſequitur lib. 10. Confess.

cap.



cap. 20. & conc. 2. in Psal. 32, admirabili spiritu eloquenti à, sed hæc pauca sufficiant ad institutum nostrum quod est demonstrare viam aliquam quā pervenire possimus ad veram beatitudinem quam omnes appetunt, pauci possident, quia quæritur ubi non est, non quæritur ubi est. Negari enim non potest, sine permagno labore nos posse felices esse, non dico solum in cœlo, ubi est beatæ vitæ ex bonorum omnium aggregatione perfecta possesso, sed in hac etiam vitâ mortali, in qua licet videamus non nisi seminare in lacrimis & in dolore metere & portare manipulos afflictionum; possimus tamen veram & solidam animi felicitatem consequi sine ulla etiam immutatione, diminutione aut jacturâ quacunque, si sincerè velimus. Proposita est omnibus omnium ordinum hominibus nec grandi pretio vitæ beatitudo, non auro, non argento, non amicis, non honoribus, non favore, non sanitate, non scientia, non aestimatione nominis opus est. Unus unicus voluntatis ætus heroicus totum est pretium, hæc tota juris est nostri, hujus unius perfectum obtinemus dominium. O beatam conditionem nostram! quam sic inaudito exemplo retinere integrum inviolatamque possimus, in ipsis adeo adversitatibus vitæ-

que hujus miseriis , ut semel possessa invitis  
nobis nullâ inimicâ vi possit eripi , nec acci-  
dere quidquam tam insolens , quod nocere,  
incommodeare, aut affligere nos possit. Ni-  
mirum: *Non contristabit iustum. quidquid*  
*acciderit*, inquit verè Sapiens. Nec mirum,  
accidentia quippe produci & destrui , adesse  
& abesse possunt, ut Philosophi docent, sine  
subjecti corruptione, sine laesione substantia,  
*extra* quam sunt posita. Cum igitque iustus  
intimo sibi atque ut sic dicam , essentiali  
fruatur mentis gaudio, quidquid extrinsecus  
illi advenerit , hanc internam animi pacem  
beatitudinemque nec immutare nec corri-  
pere poterit. Hæc est non minus vera quam  
subtilis & ingeniosa in hunc locum interpre-  
ratio Hugonis Cardinalis.

## §. III.

*Vera Beatitudo Deus est.*

**R**Elíquum est ut declaremus quæ sit tan-  
dem illa via quæ ad tam beatum statum  
nos deducat, quo obtento nihil sit quod for-  
midemus, nihil quod desideremus amplius,  
sed in quo conquiescere liceat circumstre-  
pentibus nos malorum turbis, & jucunda-  
nimi tranquillitate perfrui, ne quidquam sa-  
vientibus persecutionum procellis. Sandi  
Patres

